



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

1. Quaeritur quid rescriptum? quibus constet? quae personae rescripta impetrent, & contra?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

hodiè similia matrimonia contra-  
herentur in primo gradu affinitatis  
lineæ rectæ, ut filius duceret nover-  
cam, socer nurum, vitricus privi-  
gnam, Summus Pontifex rescri-  
ptum dispensativum concedere pos-  
set; Et quid dicendum de matrimo-  
nio inter fratrem & sororem con-  
sanguineis in primo gradu? Vide  
*Sanch: de Matrim: Tom. 2. lib. 7. Disp. 66. n.  
7. Prepositum in addit: ad 3. p. q. 7. Disp. 11. n.  
69. & præcipuè Hurtandum de Matrim: Disp. 10.  
diff. 4. num. 13. qui pro utroq; casu af-  
firmantem sententiam amplectitur*  
Illum vide, ut Placeat opinio ma-  
gis, quàm displiceat. *Ibid. disp. 17. Diff.  
5. num. 11.*

1. Rescriptum sumitur largo modo,  
& tunc comprehendit privilegium, bene-  
ficio Principis sive Ecclesiastici, sive se-  
cularis, & alia rescripta, ne dum ad juris  
observantiam, sed etiam præter vel con-  
tra jus. *cap: cum ordinem cap. constitutus hoc  
tit.* Strictè rescripta Epistolæ subditis da-  
ta ad

ræ ad beneficia, vel lites, *cap. constitutus de*  
*concess. preb: cap. 1. hoc. tit.* quæ jus inter  
 partes faciunt, *cap. in causis de re judic. & L.*  
*fin. C. de leg. & conficiuntur narratione,*  
 supplicatione, quæ duæ partes impetran-  
 tem respiciunt, & conclusione quæ con-  
 cedentem respicit: *Bald in cap. super literis*  
*n. 24 hoc tit.* quam quidem ultimam par-  
 tem practici vocant dispositivam, eò  
 quod ibi Papa addat clausulas illas, quas  
 vult concedere. *Rebuff. in praxi. tit. de sign.*  
*gratiæn. 23. p. 1.*

2. Impetrare rescriptum potest, qui-  
 cunq; jure non est prohibitus *cap. 1. de re-*  
*script: in 6.* sive actor sit, sive reus, *cap. cete-*  
*rùm eodem.* etiamsi sit Filius familiâs, quia  
 non reperitur prohibitus. *Vallens. lib. 1. de-*  
*cret. hoc tit.* quin etiam Monachus, licet sit  
 mundo mortuus, *can: placuit. 16. q. 1. & ser-*  
*vis Dei lites frequentare non liceat, cap. 2.*  
*de postul:* tamen rescriptum impetrare po-  
 test, in quantum illi convenire, & subser-  
 vire valet *Rebuff. hoc tit. n. 3.* Impetrare ve-  
 rò non potest. 1. excommunicatus *cap. 1.*  
*eod: in 6.* & ab eo impetratum, super alio  
 quàm excommunicationis, vel appellatio-